



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

33. Unde Ecclesiæ debeant restaurari & Episcopo obsequium ex hiberi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De Ecclesiis vel altaribus ambiguis , & ut
superflua altaria de Ecclesia abiciantur.

Cap. L X V.

X X X . Ecclesiæ vel altaria quæ ambigua Lib. 1. Capi-
sunt de consecratione consecrentur , & super- tular. c. 151.
flua altaria destruantur de Ecclesia. Burchard. lib.
3. c. 10.

De honore ecclesiastico. *Cap. C X L I I.*

X X X I . Ut Episcopi prævideant quem Lib. 1. Capi-
honorem Presbyteri pro Ecclesiis suis senio- tular. c. 148.
ribus tribuant.

Quod omnium Ecclesiarum dotes ad Epif-
copum pertineant. *Ex Concilio Tole-
tano capit. x i x.*

X X X I I . Multi contra canonum consti- Concil. Tolet.
tuta sic Ecclesiæ quas ædificaverunt postulant 3. c. 19.
consecrari , ut dotem quam Ecclesiæ contule- Lib. 7. Capi-
runt, ad Episcopi ordinationem non pertinere tular. c. 213.
censeant. quod factum & in præteritum dif- Burchard. lib.
plicet , & in futuro prohibetur ; sed omnia se- 3. c. 20.
cundùm consuetudinem antiquam ad Episco- Vide lib. 6.
pi ordinationem & potestatem pertineant. Capitular.
c. 69.

Unde Ecclesiæ debeant restaurari & Epis-
copo obsequium exhiberi. *Ex epistola
Gelasij Papæ.*

X X X I I I . Quatuor autem tam de redditu Decreta Ge-
quàm de oblatione fidelium , prout cuiuslibet las. c. 27.
Ecclesiæ facultas admittit , sicut dudum ratio- Lib. 7. Capi-
nabiliter est decretum , convenit fieri portio- tular. c. 290.
nes : quarum una sit Pontificis , altera Cleri- Riculf. c. 11.
corum , pauperum tertia , quarta fabricis ap- Burchard. lib.
3. c. 137.

plicanda; de quibus, sicut sacerdotis intererit, sic Clericus ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expetendum. Ea vero quæ ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata locorum doceat instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum presul impendia his designata convertat.

De eadem re. *Ex epistola Simplicij Papa capit. II.*

*Decreta Sim-
plicij c. 2.*

X X X I V . De reditibus Ecclesiæ vel oblatione fidelium sola Episcopo ex his una portio remittatur, duæ ecclesiasticis fabricis & erogationi peregrinorum & pauperum profuturæ. ultima Clericis pro singulorum mentis dividatur.

De honore Ecclesiæ Dei. *Ex Capitulo synodalibus tit. LXIX.*

*Lib. I. Capi-
tular. c. 71.*

X X X V . Placuit nobis admonere ut uniusque Episcopus videat super suam parochiam ut Ecclesia Dei suum habeat honorem simul & altaria secundum suam dignitatem venerentur, & non sit domus Dei & altaria sacrata pervia canibus, & ut vasa sacrata Dei in magna veneratione habeantur, & ut sacrificia sanctificata cum magna diligentia ab eo colligantur qui digni sunt.

Item de restauratione Ecclesiarum *Dicitur Ex Capitulis Ludouvici Imperatoris cap. XL.*

*Lib. 4. Capi-
tular. c. 40.*

X X X VI . De opere vel restauratione